



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ**

**Roth von Schreckenstein, Hieronymus**

**Ingolstadii, 1550**

**VD16 R 3252**

Widmung

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30126**

# SANCTISSIMO

ET BEATISSIMO IN CHRIS-  
to Patri & Domino, Domino Paulo Tertio, sanctæ  
Romanæ & Vniuersalis Ecclesiæ Pontifici Opt.  
Max. Patri Patriæ & orbis, Domino suo è Musis  
gratissq; colendissimo. Hieronymus Rott à  
Schreckenstain & Vnderfulmem-  
migen, se commendat.



IN MAXIME ET OPTIME  
Pontifex Libellum quem de Principali-  
tate Ecclesiæ Romanæ scripsi, qui etsi san-  
ctitati Tuæ abunde non satisfaciet, Ea  
enim est Ecclesiæ Romanæ Maiestas, san-  
ctitas, dignitas, et celsitudo, ut à me expli-  
cari non possit, nec mihi si linguæ centum sint oraq; cen-  
tum. Sed obseruantia mea erga Romanæ Ecclesiæ apicē,  
pariter & diligentia nonnihil fauoris aut ueniæ apud tuā  
sanctitatem conciliare debent. Ast dicit Zoylus. Quid  
futor ultra crepidam? Huic ego respondeo Theologorum  
quidem partes esse, de Ecclesia differere, sed me ea etiam  
depromere, quæ tum sanctorum Pontificum decretis, tum  
certissimis Historiarum libris comprobantur, nemo ut opi-  
nor prohibebit. Vt quicumq; aut studio nouandarum re-  
rum uel uanæ gloriæ aucupandæ gratia, uel inani spe occu-  
pandarum rerum Ecclesiasticarum, aut falsa interpretatio-  
ne sacrarum literarum decepti, ab unitate Ecclesiæ Chri-  
stianæ

stiana idest Romana recesserint, eosdem non tam diuinis  
testimonijs, quam sanctissimis Canonū et Legum decretis  
persuadere possem, Palinodiam ut canerent. Sic diuus Au-  
gustinus ad Hieronymum, Quare arripe obsecro te inge-  
nuam & uerè Christianam cum charitate sinceritatem, ad  
illud opus corrigendum atq; emendandum, & Palinodiā  
ut dicitur cane. Incomparabiliter enim pulchrior est ueri-  
tas Christianorum, quam Helena Græcorum. Quamuis  
enim Ecclesia Christiana sapius sæuissimas sit passa tem-  
pestates & truculentissimas persecutiones sustinuerit, nun-  
quam tamen plus detrimenti accepit, quam si qui unita-  
tem eius per noua dogmata aut interpretationes sinistras  
scindere in diuersas Hæreses adorti sint, & sacrosanctam  
matrem, castam sponsam Christi sine ruga & macula, fon-  
tem signatum, tunicam inconsutile, hortum conclusum,  
& Archam Noë nouis scissuris labefactare. Ilias autem  
malorum hinc ortum habuit, quod quisq; ut potest culpā  
in Romanam Ecclesiam conijcit. Ob id uisum est eius  
Maiestatem & principalitatem edito libello ostendere. Nō  
enim eam differre ab alia quacumq; Ecclesia existimant  
tantum, immò eam uirulentissimis dilacerant linguis.  
Conatus noster ad eum scopum tendit, ut Romana Ec-  
clesiæ Principalitatem tot seculis durasse cognoscant, eam  
q; tanquam principalem obseruent, & sic pax, unitas, ob-  
seruantia, honor & dignitas Christianæ reddatur Ecclesiæ.  
Vale Sanctissime Pontifex, ex arce Vnderfulmemmigen.  
Anno M. D. XLIX.

Romanam